

St. sch.
fledig!



6 Weismanni s. Christ. Eberh. iuste rationes
collectionis Canonice Scripturarum
Sacrarum contra modernas quasdam
objectiones vindicatae, Tübinge
1737.

7 Specimen Magni Nichilii aucto
versij religiosi, Tübinge 1739.

8 Diff de veritate divina fidei
Act expulsa, tamen usq; renovata
Tübinge 1740.

9 Varia Sacra, Tübinge 1738.

10 Renovata exceptiones contra
Divinam institutionem Baptismi et
S. Vero Tübinge 1736.

11 Responsiones specialis ad Georgij
Bulli objectiones de justificatione
fidei, Tübinge 1733.

אֵל

21

DISSE^TRAT^O PH^ILOLOGICA

QVA EX

ZACH. III. 8.

IOSVAM SVMMVM
IVDAEORVM SACERDOTEM
EIVSDEMQUE SOCIOS

אָשִׁר מַפְתֵּח

APPELLATOS

SISTIT

EAM QVE

DIVINA ANNVENTE GRATIA

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

DOMINO

GVILIELMO HENRICO

DUCE SAXONIAE IVLIACI CLIVIAE MONTIVM AN-
GARIAE ET WESTPHALIAE COMITE SAYNAE ET

WITGENSTEINII RELIQUA

BENEVOLO SVPERIORVM INDVLTV

IN ACADEMIA SALANA

DIE XIX. APRIL. MDCCXL.

MODESTO ERVDITORVM EXAMINI

S VBIICIT

P R A E S E S

M. JOSEPH. CHRISTOPH. WERNER

EISENBERGENSIS

R E S P O N D E N T E

MICHAEL GEYWITZ

V L M A - S V E V O .

IENAE LITTERIS SCHILLIANIS.



DIESER TATIO THEOLOGICA

REX M
103A M SUMMA
LUDACRUM STGFRDOTT
FIDEI DEMUS DEOIS

LADIA

APPENDIX

RECTOR MARCHIGIENSIS
SELENISSIMO LATICELA DOMINA

DOMINO

ALLEGRA M TITRIS

DEO SAGINAE ILLUCI CHAIKA MONITA

QURIA ET CETERA HABITAT DOMINI AYAN

WAGENSTEINERI FELICIA

DEI ET DEI VIZZAGA

IN ARA HABITAT DOMINI AYAN

MODERATO DUCIBUS MEXANI

ET CETERA HABITAT DOMINI AYAN

WAGENSTEINERI FELICIA

DEI ET DEI VIZZAGA

IN ARA HABITAT DOMINI AYAN

WAGENSTEINERI FELICIA

DEI ET DEI VIZZAGA

IN ARA HABITAT DOMINI AYAN

VIRO
MAGNIFICO SVMME VENERABILI ATQVE
EXCELLENTISSIMO
DOMINO
ERNESTO SALOMONI
CYPRIANO

THEOLOGO DOCTORI CELEBERRIMO
SERENISSIMI AC CLEMENTISSIMI DVCIS GOTHA-
NI A RERV M SACRARVM CONSILIIS
ATQVE SVPREMI SENATVS ECCLESIASTICI
QVI IRENOPETRAE SEDET VICARIO
PRAESIDI ET CONSILIARIO
GRAVISSIMO

PATRONO MEO
PIE DEMISSEQVE VENERANDO.

PARITER AC
V I R O
MAGNIFICOSVMME REVERENDO ATQVE
EXCELLENTISSIMO
D O M I N O
C H R I S T I A N O L O E B E R O
S. S. THEOLOGIAE DOCTORI
CELEBERRIMO
SERENISIMI AC CLEMENTISSIMI DVCIS GOTHANI
A RERVM SACRARVM ET SENATVS ECCLES-
ASTICI ALTENBURGENSIS CONSILIIS
GRAVISSIMO
ET ECCLESiarVM PRINCIPATVS ALTENBURG.
EPHORO GENERALI
P A T R O N O M E O
PIE DEMISSE Q V E C O L E N D O.

VIRI
MAGNIFICI SVMME REVERENDI
ATQVE EXCELLENTISSIMI
PATRONI PIE DEMISSEQVE
COLENDI.

Non potui a me impetrare , quin
VOBIS hoc summae reuerentiae,
quam in VOBIS colendis mihi constitui,
publicum documentum offerrem atque
dedicarem. Nam me mouet splendor

VESTRAE dignitatis, admirabili virtute,
singulare fide et incomparabili plane eru-
ditione partae: mouet incredibilis VE-
STRA in assiduos litterarum sacrarum
cultores benevolentia: mouet tandem
summa mea pietas, qua VOS semper
colo et veneror, et quae mihi in specie
calcaria quasi admouet, vt VOBIS, PA-
TRONI MAXIMI, studiorum meorum
rationem reddam, eorundemque specimen
quoddam deuoto animo mittam. Suscipia-
tis itaque serena fronte hanc leuem pietatis
et deuotae mentis tabulam, quam iam iam
suspendo; ac eam ita suscipiatis, vt VE-
STRAM in me benevolentiam, data oc-
casione, reuera cognoscam. Nam in
patrocinio VESTRO non ultimam salu-
tis meae partem pono. Quamobrem
VOS

VOS, per benignitatem VESTRAM
VOBIS innatam oro atque obtestor, vt
me ac studia mea et salutem meam VO-
BIS semper habeatis commendatissima.
Nulla de re laborabo magis, nulli rei
studebo magis aut seruiam diligentius,
quam vt VESTRAM in me beneuolen-
tiam gratissimo animo semper agnoscam,
Deumque, a cuius nutu, voluntate et im-
perio omnia pendent, ardentissimis im-
plorem precibus, vt VOBIS omnem et cor-
poris et animi salutem impertiatur, VOBIS-
que ad obeunda splendidissima munera, in
quorum functione magni capiendi sunt
labores, grauissimae sustinendae curae, et
perpetuae obeundae vigiliae, sufficientes
vires clementer suppeditet, vt tota eccle-
sia orbisque Christianus, vniuersa respu-


blica

blica litteraria, omnesque VESTRI cli-
entes, in quorum censu et ego locum ha-
beo, vberrimos VESTRAE fidei, erudi-
tionis ac benevolentiae fructus diu adhuc
colligere possint. Valete, VESTROQUE
Patrocinio summo dignamini.

MAGNIFICORVM NOMINVM
VESTRORVM

obseruantissimum cultorem

M. Ioseph. Christoph. Werner.



בְּרָבָרָא

§. I.

ZACHARIAS, cuius egregiae visiones propheticæ, argumenta admodum ponderosa, et perquam graue multisque emblematis mixtum dicens genūs, interpres non parum exercent, nobis publicum exercitium disputatorium meditantibus, *capite III. versu 8.* Iosuam, sacerdotem magnum, eiusdemque socios, tanquam **אֲנָשִׁים מַופְתָּה** considerandos offert. Verba, quibus vates diuinus nobis istos exhibet, ita se habent: **שֶׁמֶע נָא רְחוֹשׁ הַכֹּהֵן**: **כִּי אֲנָשִׁים מַופְתָּה הַמְּהֻרָה**: **הַגְּרוֹל אֲחָה וּרְשָׁק הַוּשְׁבִּים לְפָנֵיךְ**: **כִּי אֲנָשִׁים מַופְתָּה הַמְּהֻרָה**: **כִּי הַנְּנִינִי מִבְּאָהָר עֲבָדָיו צָמָח**: Non desunt quidem, qui ad hunc textum enodandum studia sua, operamque contulerunt: nil tamen impedit, quo minus post aliorum messem, spicilegium instituere, aut potius, ut mentem nostram melius explicemus, in horum verborum sensum accuratius, et, quantum per ingenii nostri vires fieri poterit, exquisitius adhuc inquire atque penetrare, diuino adiuti auxilio contendamus.

§. II.

Ab initio statim Iosua, sacerdos magnus, nobis se considerandum praebet; quem prophetæ, coram angelo domini stantem, a diabolo impugnatum et accusatum, coram tribunali diuino absolutum, in sacerdotium restitutum, et ad Messiam, quem totus

A ille

ille adparatus Leuiticus adumbrare debebat, acri et intento animo contemplandum, serio excitatum, in visione quadam (*) exhibitum fuisse, ex tertio hoc capite luculenter adparet. Quis vero per Iosuam sit intelligendus, interpres disquirunt. Zacharianorum vaticiniorum circumstantiae neminem admittunt, nisi Iosuam filium Iozadaki (**), quippe qui ex Babylonia, captiuitate nimirum, in qua ipse cum reliquis Iudeis haec tenus adseruatus erat (***) soluta, cum Zorobabele, et

(*) Nam dicit propheta versu 1. iurasset, si non Iosuam solum coronam tribunali diuino stantem reuera vidisse, sed sententiam de Et vide Iosua latam, et admonitionem pare me fecit (angelus c. II.) Iosuam riter ac promissionem adiectam sacerdotem magnum, stantem coetiam auribus percepisse. De ram angelo domini, et satan sta huius generis visionibus conferri bat ad dexteram eius, ut ipsi ad praeter alios posfunt, IO. H. uersaretur. Haec visio non erat HOTTINGER VS in thes. philol. visio ocularis, ac si p. 569. sq. et WOLFF G. FRAN- prophetra verum Iosuam coram ZIVS in tr. de interpretatione scri- tribunali diuino stantem, reuera peurae s. pag. 450. sq.

oculis suis, aut vii IVSTINVS (***) Efr. III. 2. 8. Neh. XII. 26.

MARTYR in dialogo cum Try- Hagg. I. I. Paralip. V. (hebr.)

phone Iudeo p. 343. I. A. loqui 41. Zach. VI. II. Ecclesiastici c.

amat, in avroλια viderit; sed erat XLIX. 14.

potius **הַמְרָאַת הַנְּכֹזֶת** visio pro-

pethica, qua Iosua, qui cum Zo-

robabele templum reaedificare, Nebucadnezaris, in fornacem

cultumque diuinum ordinare de-

signis ardentis coniectum, et per

bebat, a diabolo variis modis im-

pugnatus, vexatus, et quasi ac-

cusatus, a Deo autem in gratiam fuisse, nulla satis firma monstrari

receptus, et in pontificatum resti-

potest ratione. Sunt quidem, qui

tutus, prophetae, sub emblema-

teste MATTH. FRID. BECKIO

te alicuius coram iudicio accusati in notis ad TARGVM II. LIBR.

et deinde absoluti, tanta virtute PARALIP. cap. XXIX. 3. pag.

repraesentabatur, ut ipse quasi 267. ex loquendi ratione v. 2. de

Iosua

et aliis, quos ESRAS (*) et NEHEMIAS (**) recensent, in Iudeam redux factus, primas in rebus sacris tenuit. A nostris partibus non stat R. ABAR BANEL, qui non Iosuam, sed eius posteros sub ipsius nomine commemoratos, nimurum Mathathiam (***) et filios eius (*) filios Chasmonaeorum, (**) prophetae representatos fuisse, persuasionem sibi induit. Nam verba eius ita sonant: (****) וְהַנָּה קֹרֶת יִמְכֹּן אֶת זָרוּעַ וְהַשּׁוּעַ רוץָה

A 2

Iosua adhibita: הַלֹּא זֶה אָזֶר
מַצְלָה i. e. nonne hic est titio ex igne eruptus, id elicere conantur; prout ipsa allegata PARAPHRASIS CHALDAICA, quea l. c. catalogum hominum ex incendo liberatorum exhibet, inter eos expressis verbis Iosuam recentet. Ast res neutiquam ita se habet. Nam haec phrasis est metaphorica, et notat hic acerumosum captiuitatis statum, ex quo Iosua, tanquam ex igne eripiebatur. Coll. Thren. IV. 8. V. 10. Amos IV. 11. Quemadmodum vero lignum ardes ab igne remouetur, hunc quidem in finem, ut forsitan in alios usus reserueretur: ita Iosua ex captiuitate, tanquam ex igne extrahebatur, ut Hierosolyma veniens templum aedificaret, et sacerdotio fungeretur. Hinc R. DAVID KIMCHI in h. l. quem R. IACOB ABENDANA in מַכְלֵל יוֹפֵי laudat, hanc phrasim praecclare ita exponit: שְׁנַצּוֹל מַאֲשָׁה חִנּוּלָה לְבָא לְיוֹרָשָׁלָם אַלְכָנוֹת

i. e. quod erupitus sit (Iosua) ex igne deportationis (captiuitatis) ut veniret Hierosolyma, et aedificaret templum, et ibi sacerdotio fungetur.

(*) Capite II.

(**) Cap. VII. XII.

(***) I. Macc. II. v. 1. coll. I. Paralip. XXIV. 7. (hebr.). De Mathathia conferri potest IO. ERARD. FVLLONIVS in comm. in lib. I. Maccab.

(+) I. Maccab. II. 2. 3. 4. 5.

(**) De filiis Chasmonaeorum legi merentur IOSEPHVS Lib. XX. antiquit. Iudaic. p. m. 701. et Lib. XIV. circa fin. IO. ERARD FVLLONIVS l. c. 10. HENR. HOTTINGERVS in *thesauro philologico*, pag. 523. HEIDEGGERVS in *encyclopdia bibl.* pag. 402. 403, qui praesertim rationem denominandi considerationi subiicit.

(***) In commentario in נְבוֹים אַחֲרֹנִים in prophetas posteriores. in h. l.

רוצה לומר מתיו כ"ג ובינו בני חשמונאי שם הוו
מורעו של יהושע הכהן הדרול כי למעליהם וגבורותם
המשילים כאלו הוו יר ימינו של הכהן הקדוש הרוא
אפשר לפריש ווראמ את יהושע שהראה לו ורש מתווה
ובינו בני חשמונאי כי להוות ורעו וויאי חלשו וכרכו:
i. e. *Nam ecce vocavit dexteram eius semen (posteros) Iosuae, i. e. Mathathiam, sacerdotem magnum, et filios eius, filios Chasmonaeorum, qui fuerunt ex postoris Iosuae, sacerdotis magni. Nam propter dignitatem corum et robur eorum comparauit eos cum manu dextera sacerdotis istius sancti (*) --. Et potest exponi et ostendit mihi Iosuam, quod ostenderis ipsi posteros eius, Mathathiam, filios eius, filios Chasmonaeorum. Nam propterea quod essent posteri eius, et exiissent ex lumbis ipsius, commemorauit eos sub nomine ipsius.* Verum enim vero R. ABARBANEL rem, vt ita loquar, acu non tetigit: et licet posteri alii-
cuius sub nomine ipsius interdum commemoren-
tur (**): tamen nulla satis firma adferri poterit ratio,
eur hic Iosuam ipsum abiiciamus, et ad posteros eius
coufugiamus.

§. III.

Iosuam, filium Iozadaki hic praecise indigitari, facilis negotio monstrari potest. Nam primo, nulla adparet necessitas, vt a sensu proprio recedamus et ad impropriam deueniamus significationem. Deinde, si tam occcasione, quae Zachariae ad vaticinandum suppeditata est, quam scopum, quem ipse sibi

prae-

(*) Dextera manus honoratior sinistrâ habetur. Hinc R. SALOM. BEN MELECH ad Gen. XXXV. 18. testatur **שהימין על הארם נכבר וחביב** **יעקב** occurunt Ps. XIV. Ies. XLIV. 2. Ier. XXX. 10. XLVI. 27. vti ABARBANEL. Conf. 10. CHR. EINIGK in l. c. prolixius monet.

diff. de manu dextra honoratiore.

(**) Sic posteri Iacobi reuera sub nomine **יעקב** occurunt Ps. XIV. Ies. XLIV. 2. Ier. XXX. 10. XLVI. 27. vti ABARBANEL. l. c. prolixius monet.

praefixum habuit, in subsidium vocamus (*), sub nomine Iosuae talis vir proponitur, qui ex captiuitate Babylonica liberatus in Iudeam rediit (**): sub quo tanquam rerum sacrarum antistite, cultus Leuiticus per captiuitatem interruptus et longo interuallo intermissus, quasi reuocari et restaurari coepit (***): quem Zacharias cum Haggaeo ad templi Hierosolymitani structuram omni opera, omni cura, omnique diligentia procurandam mandato diuino excitauit (*): qui templum reaedicandum reuera curauit, et etiam hac in parte sacerdotium Christi, templum spirituale aedificaturi, expresse adumbrabat (**). Haec praedicta non aliud admittunt subiectum, quam ipsum Iosuam, in quo ista omnia concurrunt; sed ea non quadrant in Mathathiam, eiusque filios, quippe qui post C. B. iam diu solutam, et post templum reaeditum, vita et sacerdotio fungebantur. Tantum praeterea abest, vt per manum dexteram Iosuae, eius posteri simpliciter indicentur, vt potius propheta indigit locum, quo ipse aduersarium stantem vidit.

A 3

(*) Occasio, quae Zachariae ad vaticinandum suppeditabatur, erat templi et cultus diuinii restauratio sub Zorobabele et Iosua, filio Iosadaki, instituenda. *Efr.* III. 2. 8. V. 1. 2. VI. 14. 15. 16. coll. *Hagg. cap.* I. Zacharias nimis rum, et Haggaeus, qui quidem (coll. *Hagg. I. 1.* et *Zach. I. 1.*) duabus mensibus isto prior est, mittebantur, vt in genere Iudeeos ad poenitentiam excitarent; in specie vero Serubabeli, Iosuae, et toti populo ad reaedicandum templum, et restaurandum

cultum diuinum calcaria admonuerent, et eos simul ad res N. T. et ad Christum per hunc Leuiticum cultum adumbratum manuducerent.

(**) *Zach.* III. 2. Vide quae ad h. v. 6. II. not. *** dicta sunt. Coll. *Efr.* I. et II. 1. 2.

(***) *Efr.* III. 2. sq. et *Zach.* III. 7. *Hagg.* I. 12. 14. &c.

(*) *Efr.* V. 1. 2. it. *cap.* VI. 14. *Hagg.* I. 12. 14. H. 5. &c.

(**) *Zach.* VI. v. 12. 13. qui locus legi et perlegi meretur.

dit. (*) Rebus sic se habentibus Iosuam ipsum iure
meritoque retinemus.

§. IV.

Ad socios Iosuae ordine progredimur, qui in hebreo textu denotantur per vocem רְעֵם. Hoc nomen plurale descendit a singulari רָעַ (**), quod ex radice רֹעַ significationem suam adsumit, ex quiescentibus secundâ radicali vero, ut monent BUXTORFFIUS (***), et BVRCKLINVS (*), formam habet (**), Verbum רָעַ vero notat pascere vel se vel ali-

(*) Quum ea, quae de Iosua h. c. praedicanter, sub emblemate processus iudicialis proponantur, haec phrasis: וְשָׁטָן, שָׁמֶד עַל יְמִינֵךְ לְשָׁתְּנוֹ: etiam ex more iudicii, iuxta quem, monente ad h. l. COCCIO, actor, aut, ut TARNOVIVS vult, iste, qui causâ superior erat, ad dexteram rei statuebatur, non incommode potest deduci et explicari; id quod magis confirmat locus parallelus PI. CIX. v. 6. de quo MART. GEIERVS in comment. in h. l. DACHSELIVS in bibliis accent. in h. l. et LUDOVICVS de DIEV in critica sacra in h. l. conferri merentur. Praeterea per hanc phrasin ostenditur, quam indefesso studio, quanta astutia, quam vehementi impietu diabolus Iosuae, cui templi reaeditandi et cultus diuini restaurandi cura incumbebat, aduersatus fuerit. Nam manus dextera quemadmodum aptissi-

mura agendi instrumentum est: ita locus ad dexteram commodissimus est ei, qui alium in opere suo promouere vult, vel impeditre. Amicus itaque a dextera nobis stat, vt nos eo melius iuvet et protegat. PI. XVI. 8. CIX. 31. CXLII. 5.; inimicus vero ad dextram esse dicuntur, vt id, quod in nobis firnum est, turbet ac debilitet Hiob XXX. 12.

(**) Non desunt, qui רְעֵם a singulari רָעַ formae dageschatae deducunt, ita ut ex Coniug. Piel רָעַ (Jud. XIV. 20.) descendat. Et ita etiam manet (...).

(***) In Lexico. Hebr.

(*) In Lexico Hebr. Mnemonico.

(**) Exinde apparet cur (..) incremento finali accedente, maneat. Nam includit quasi litteram, quae alias inserta, Hib. VI. 27. inuenitur, et est vocalis impura.

os (***) , deinde metaphorice , *confociare se* , *socium se praebere* . (*) Quae cum ita sint , רֹעַ in genere et in sensu latiori notat *istum* , qui nobiscum communi quasi pabulo fruitur ; aut qui , ut MARTINI GEIERI (**) verbis utar , communi pabulo , pastore Deo , communi orbis , urbis , aut familiae stabato nobiscum fruitur , siue ille sit conterraneus , siue sodalis , siue peregrinus (***). In specie et in sensu angustiori haec vox denotat *amicum* , quocum familiariter vivimus , et *socium* , quocum nobis intercedit negotium et conuersatio (*). Praeclare id annotavit R. SALOMO BEN MELECH (**), dicens ita : רֹעַ וּקְרָבוֹן רֹא שֵׁישׁ לוֹ מִשְׁאָה וּמִתְחָן עַטּוֹ וּשְׁכָנוֹ : i. e. *socius et propinquus est* , cum quo intercedit illi acceptio et datio , aut est vicinus eius ; vbi מִשְׁאָה וּמִתְחָן indicat , *commercium* , *negotiationem* ; prout haec loquendi ratio , non minus ac נֶסֶךְ וּמְתָרָא (***) apud Hebraeorum doctores , teste IO. BVXTORFFIO (†) saepius occurrit . Hic angustior vocis רֹעַ sensus etiam in nostro textu adhibendus est . Nam verba , quibus

(***) Psalm XXXVII. 3. Ion. III. 7. Ezech. XXXIV. 23 &c.

rem locum SEE. SCHMIDIVS in collegio biblico priori pag. 262. sq. solide exposuit.

(*) Prou. XIII. 20. וּרֹושֶׁה כְּסִילִים

(*) Prou. III. 29. et XVII. 17. 2. Sam. XV. 37. XVI. 16. 1. Reg. IV - 5.

qui se associat stultis. TAR GVM habet. וּרְמֹחֵב et qui associatus stultis. SYR VS ve-

(*) In מְכֻלָּוּיִנִי ad Ps. XV. v. 3.

ro vertit

(*) Hanc phrasin inuenimus etiam in Chald. paraphrasi I. Chron. IV. 10. vbi haec verba extant וְתַחֲזֶה עַמִּי בְּמִשְׁקָל i. e. sit mecum manus tua in accipiendo et dando. i. e. in ne-gociando , uti BECKIVS bene vertit.

¶
كَلْمَهُ حَلَّ qui ambulat

cum stulto it. Prou. XXIX. 3. vbi TAR GVM rursus pro רֹעַ adhibet vocem &c.

(**) In comment in Psalm XXXV. 14.

(***) Exod. XX. 17. XXII. 13. Lexit. XIX. 18. quem posterio-

(*) In Lexico Talm-Rabb. p. 1400, 1353, 1409, 2515.

bus socii Iosuae *sedentes coram Iosua* dicuntur, restrictionem significationis manifesto suppeditant. Hinc **רַבָּןִי** idem valet ac **חֲבָרִי** *socius*. CHALDAEVS PARAPHRASTES, et SYRVS INTERPRES vocem **רֹשֶׁם** in nostro textu, reuera etiam per **שְׁמָעָה** *conuicione* exprimunt; quorum ille habet: **שְׁמָעָה** *conuicione* **חֲרֹשֶׁת** *admonitione*.

קָנֵן נַפְלָא מִמְּתָמָר. Ita *reum* notat socios, quibuscum Iosuae aliquid negotii intercedebat.

S. V. *in* *litteris* *litteris* *litteris*

Circa hos socios Iosuae serra contentionis maximo reciprocatur opere. Quaeritur, qui per hosce socios Iosuae intelligentur? Non pauci Haebraeorum doctores, vti R. SALOMO BEN MELECH id annotat (*), adlumunt Chananiam, Misrael et Asariam ex fornace, in quam mandato Nebucadnezaris coniecti erant, miraculosum in modum liberatos. Neque vero ABARANEL ab hac sententia decedit, sed cum aliis persuasionem sibi induit: **שָׁמֵר וְעַד הַנִּנִּיה**: **מִשְׁאָל וְעוֹרֵה שֶׁאָשָׁר שִׁיאָצָו מִכְבְּשָׁנָה** *h. l.* **הַאֲשָׁר הַלְּבָרָא אֶל** i. e. quod dixerit (propheta) de Chanania, Misrael et Asaria, qui postquam egressi sunt ex fornace ignis, ierunt ad Iosuam ad discendum legem. (**) Reliquas doctorum sententias, quae de his sociis Iosuae circumferuntur, in medium proferre, superuacaneum duci-

(*) In h. l. **מְכֻלָּו וּפִי**

(**) Quam inconsiderate R. ABARANEL hic agat, quis non intelligit? Nam si ille per socios, Chananiam, Misrael, et Asariam denotari arbitratur, non fieri potest, vt hi viri pro

sociis Mathathiae, et filiorum eius, filiorum Chaftmonacorum, quos supra (§. 2.) pro Iosua venditauit, haberri possint; quum isti tempore Mathathiae et eius filiorum, in viuis superesse desierant. Abaranel sibi ipse non constat.

ducimus, quum MATTH. POLVS (*) CORNELIUS a LAPIDE (**) CASPAR SANCTIVS (***) et alii hac in parte otia nobis fecerint; ad quos benevolum lectorem ableganus. Nulla vero sententia melior, nulla scopo prophetae accommodatior nullaque contextui conuenientior nobis videtur, quam illa, iuxta quam reliqui sacerdotes sub inspectione Iosuae, rerum sacrarum antistitis, cultum diuinum administrantes, intelliguntur; quamque viri praeclara eruditionis laude conspicui, PISCATOR. (*) IVNIVS et TREMELLIVS (**) MARCKIVS (***) NEMETH. (*) IO. HENR. MICHAELIS (*) et IOACH. LANGIVS et alii, calculo suo adprobarent.

§. VI.

Primum argumentum, quo, per socios Iosuae reliquos sacerdotes, eius collegas, designari, monstrabimus, nobis suppeditat scopus emblematis, quod Zachariae exhibebatur. Nam hoc emblemata Zachariae indicabatur, quod Deus cultum Leuiticum per C. B. intermissum, vsque dum verus noui testamenti sacerdos (**) veniret, et ita vmbrae veritas succederet, reuocaturus sit atque ratihabiturus: et licet diabolus templi structurae, cultusque diuini restauracioni moras et impedimentum adferre, atque rerum sacrarum antistitem, reliquorum sacerdotum praesidem, tam sacerdotio, quam templi restauratione indignum iudicare, Deoque inuisum reddere conaretur; ipse

B

tamen

(*) In synopsis criticorum aliquorunque s. s. interpretum et commentariorum in h. l.

(**) In comm. in h. l.

(***) In comm. in h. l.

(*) In comm. in h. l.

(**) In notis ad h. l.

(*) In comment. in minores prophetas. m. h. l.

(*) In prophetia s. Prophetae Zachariae explicata. in h. l.

(**) In notis.

(***) Ad Hebr. II. 17. cap. IV. V. 14. cap. IX. V. 11. cap. VII. 26. &c.

tamen adeo nihil efficeret, vt potius Iosua, sacerdos magnus, si praecepta diuina sollicite seruaret et partes ipsi mandatas bene obiret, domum Dei gubernare et, vt paucis multa dicam, omnia, quae ad cultum diuinum rite administrandum, et ad gubernationem populi ecclesiasticam pertinerent, procurare et dirigere deberet. Id expresse Iosuae promittitur: (*)
Si in viis meis ambulaueris, et si custodiam meum custodineris: וְגַם אָתָּה תֵּרֶן אֶת בִּיהִי וְגַם הַשְׁמֹתָה אֶת חֶצְרוֹן e. g. u etiam gubernabis (**) *domum meam* (**); et *custodies atria mea*. Hoc vero erat sacerdotum, et primario sacerdotis magni (*) *Quodsiigitur Iosuae*, sacerdoti magno, diuini cultus directori, templi inspectori, et in rebus sacris causisque grauioribus diiudicandis praesidi, socii et collegae, quos רְעִים hic satis commode denotat, adiunguntur, per istos reliquos sacerdotes, sacerdotis magni collegas et coadjuvatores manifesto indigitari (**) quis non intelligit?

§. VII.

Alterum argumentum, quod ex ipso nostro textu arcessimus, huic sententiae maius adhuc pondus addit.

(*) Versu 7. praec.

(**) Verbum יְרֵן non denotat solum *ius dicere, causam ali- cuius recipere et cognoscere aut iuiri* (Ier. V. 28. XXII. 16. Gen. VI. 3. Deut. XXXII. 36. Efr. VII. 25. Ps. LIV. 3. sed notat etiam *gubernare, regere*, Genes. XLIX. 16. I. Sam. VIII. 5. 6. Iud. XVI. 31.

(***) Domus Dei hic non nudo pro aedificio sumitur; sed in se comprehendit totum cul- tum Leuiticum in ea admini-

strandum. IONATHAN BEN YZIEL intelligit tantum sacerdotes in templo ministrantes. Nam ita ille habet: *וְאַפָּתָת תֵּרֶן לְדִשְׁמָנִי בְּבַית מִקְרָשֵׁי* i. e. etiam tu indicabis (reges) eos, qui in domo sanctu- arii mei ministrant.

(*) II. Paral. XIX. v. 11. XXIII. 18. II. REG. XI. 18. Deut. XVII. 12.

(**) Deut. XVII. 8. 9. XIX. 17. Levit. X. 10. II. I. PARAL. XIX. 8. II. EZECH. XLIV. 23. 24. HAGG. II. 12.

dit. Nam socii Iosuae ibidem praedicantur **הוֹשְׁבִים** **לֶפֶנְיָה וּרְחוֹשָׁעַ** sedentes coram Iosua. Haec loquendi ratio non nude et simpliciter tales denotat, qui coram Iosua tantum sedebant, aut habitabant; sed, qui potius coram et sub Iosua, publico simul fungebantur munere. Neminem enim, nisi ieiunus in litteris sacris sit hospes, latere potest, quod verbum **וַיֵּשֶׁב**, ut FORSTERVS (***) recte annotat, interdum sit ministrorum, aut eorum, qui sunt in publico quodam officio aut, monentibus IO. GEORG. DORSCHAEO (*) IOH. CONR. DANNHAVERO (**) aliisque, speciatim iudicium (**). Quid itaque impedit, quo minus hanc notionem verbi **וַיֵּשֶׁב** hoc in loco retineamus. SYRVS INTERPRES etiam hanc significationem calculo suo approbat. Nam ille verba **לֶפֶנְיָה** ita transfert:

لَمْكَلْمَكْلَمْكَلْمَكْلَمْكَلْمَكْلَمْكَلْמَكْلَمْكَلْמَكْلَمْكَلْמَكْلَمْكَلْמَكْלَمْكَلْמَكْلَمْكَلْמَكْלَمْكَلْמَكْلَمْكَلْמَكْلَمْكَلْמَكْلَمْكَلْמَكْלَמْק *stantes coram te.* Haec phrasis vero est ministrorum (*). Quae cum ita sint, non dubitamus, quin per totam hanc loquendi rationem horum sociorum ministerium coram Iosua indicetur. Quodsi vero isti rem suam **לֶפֶנְיָה וּרְחוֹשָׁעַ** habuisse dicuntur, clarius inde apparet, quod hi collegae Iosuae, eius

B 2

quo-

- (***) IN LEXICO HEBR. sub **שָׁבַע** Cluentio: SEDISTINE index in Fabricium. Lib. I. Ep. ad fam. ep. IX. §. 13. Ego, SEDENTE Cneio Pompeo, dixi. Ita apud PLINIVM lib. VI. ep. XXXII. §. 3. Sedebant iudices centum et octoginta et Lib. ep. vlt. §. 2. Sedere enim erat iudicium vid. WOWERVS ad Minucium V. 2. pag. 30.
- (*) IN PENTADEC. DIS-SERT. pag. 487.
- (**) IN CHRISTOSOPHIA pag. 317.
- (***) Exod. XVIII. 13. et 14. Iud. V. 10. II. Paral. XIX. 10. coll. v. 5. Sic etiam Graecorum, καθηγεῖν et καθηγεῖν in c. l., et Latinorum SEDERE adhibetur. e. c. apud CICERONEM in Or. pro C. Rabirio Post. modo vos iidem in A. Gabiniū iudices SEDISTIS it. in Or. pro
- XVIII. 5. et 7. v. TARGVM pro מושמְשִׁין **הַשְׁמָרוּם** adhibet ministrantes. it. I. REG. X. 8. XII. 8. 2. Chron. IX. 7.

quoque ephoriae et inspectioni, ut loqui amat ABR. CALOVIVS in h. l. traditi fuerint, aut, ut DACHSELIVS (**) id exprimit, sub inspectione eius degerint. Nam vox רְפִנִי non minus ac עַל־פְנֵי denotat saepius relationem ministrorum aut officiariorum ad superiores et praefectos, a quorum nutu et mandato illi dependent (***)
Prout haec vox de sacerdotibus inferioribus in conspectu et sub inspectione summi pontificis officium suum administrantibus, eodem sensu usurpatur. Nam sic de Eleasare et Ithamare, filiis Aaronis, dicitur:
וַיֹּאמֶר אֱלֹהִים וְיֹאכְלָה אֶת־פְנֵי אַהֲרֹן אֲבִיהֶם :
Leuitae munus suum obire tenebantur (**) ;
sic de Samuele adhibetur (***);
וְנִשְׁרָאֵל מְשֻׁמְדָּר (**) אֶת־יְהוָה לְפָנֵי עֶלְיוֹן :
Rebus sic se habentibus, tales socii hoc in loco commemorantur, qui in conspectu Iosuæ, et sub eius inspectione, officio suo fungebantur. Hi vero erant reliqui sacerdotes, quorum caput et praeses sacerdos magnus erat.

§. VIII.

Postquam igitur luculenter perspeximus, quos propheta per Iosuam eiusdemque socios designauerit, instituti nostri ratio nos etiam monet, ut, cur isti נְאָשָׁר appellati sint, quidue haec verba sibi quaerant, exploremus et demonstremus. Prius vero, quam rem ipsam aggrediamur, quaedam praemittamus necesse est, quae a scopo nostro non aliena sunt, quaeque vel ad hanc phrasin magis illustrandam, vel ad sententiam nostram fortius corroborandam non parum conferunt

§. IX.

(**) In bibliis accentuatis.
Part. II. pag. 641.
(***) Deut. I. 38.
2. Sam. XVI. v. 19.

(*) Num. III. 4.
Num. III. 6.
(**) Sam. III. I.
(***) Sam. III. I.

§. IX.

Iosua , sacerdos magnus et reliqui sacerdotes , eius collegae sub eius inspectione degentes , post sacerdotium rursus institutum , serio admonebantur , ut non in vmbbris tantum haererent , sed animum ad altiora dirigerent , et sub vmbbris typici sacerdotii , verum N. T. sacerdotem , sub illo adumbratum , intuerentur . Id verba , quae phrasin : **כִּי אֲנָשֵׁי הַמִּתְּחִילָה מִתְּבֹאָה** , et a fronte et a tergo circumstant , luculenter monstrant . Vis admonitionis omnino per magna est . Nam verba monitoria ita se habent : **שֶׁמֶעֲנָה וְגַם נָא רְחֹתֶעֶן וְגַם** . Verbum **שֶׁמֶעֲן** hic non nudam soni perceptionem notat , sed soni perceptionem cum attentione , attentionem , quo sensu saepius occurrit (*). Vis adhortationis per particulam **נָא** verbo **שֶׁמֶעֲן** postpositam magis adhuc augetur . Nam haec postpositua particula **נָא** , licet ea a SYRO INTERPRETE , LXX. INTERPRETIBVS , et B. LVTHERO non exprimatur , sua tamen emphasi non plane destituitur . R. DAVID KIMCHI (**) cum CHALDAEO PARAPHRASTE , qui per **כְּעַן** vertit , et aliis , particulae **נָא** eundem quidem valorem attribuit , quam **אֲתָה** ; sed addit tamen , quod **נָא** significationem habeat **תְּחִנָּה וּבְקַשָּׁה** *precationis et postulationis* . Res profecto quoque ita se habet (***) . Nam licet **נָא** interdum idem valeat , ac **אֲתָה** ; **אֲתָה** tamen non semper est nota temporis ; sed saepius animi connotat affectum (*) Hinc Iosua eiusque socii serio ad attentio nem excitantur .

§. X.

Primarium attentionis obiectum , seu res , ad
B 3 quam

(*) Deut. VI. 4. IX. 1. Mich. (***) Gen. XVIII. 30. Ier.
III. 1. 9. XXXVIII. 4.

(**) In sub **נָא** ספר שׂוֹרוֹתִים (*) , Ita vt idem valeat , ac age , agedum .

quam attento animo considerandam Iosuac eiusque
sociis calcaria admquebantur, deprehenditur in ver-
bis agmen versus octaui cludentibus : **בְּ הַנֶּנוּ מִכִּיא :**
עֲבָרֵי צַמְחָ : Variis ex rationibus id potest cognosci.
Nam id praeter particulam ostendit particula **כִּי**,
quae Iosuam eiusque socios ad hunc Messiam bene
contemplandum, manu quasi ducit (**): ostendit et-
iam ultimus prophetae scopus, quo christum, totius
scripturae sacrae nucleum et centrum proponit.
Nam in instituto rursus leuitico sacerdotio, transit pro-
pheta ad complementum, et veritatem illius in Christo.
Per **עֲבָרֵי צַמְחָ** nemo nisi Christus denotatur;
qui alias **צַמְחָ יְחֹוחָ** (*) **צַמְחָ צָרוֹק** (***) **צַמְחָ צָרָה** (***)
vocatur. Ipsa IONATHAN quem R. SALOMO BEN
MELECH in h. l. laudat, id fatetur, cuius verba haec
sunt: **הִא אָנָּא מִתְּוִיחָה וְהִעְגָּלָה**
שְׁרֻעָם meum **Messiam** adduco, qui reuelabitur; quem R.
ABARBANEL presso pede sequitur (*** dicens:
וְהִוא (*) **מֶלֶךְ הַמָּשִׁיחָ שִׂימְלָךְ עַל יִשְׂרָאֵל** וּקְרָאוּ **צַמְחָ לְפִי שְׁחוֹתָן**:
מֶלֶךְ **חֹטֶר** מגוע ישו ונצר מרשיו יברח ויצמח:
rex, **Messias**, qui regnabit super Israel. Vocabit vero ipsum
צַמְחָ, properea, quod erat virga ex trunko succiso Isai, et surculus
ex radicibus eius, qui florebit et germinabit. Sunt quidem,
qui Zorobabelem intelligent; idque agunt quidam
Iudeorum et christianorum. Verum enim vero istos
ipse ABARBANEL (*) solide reiecit; hos vero in pri-
mis ABR. CALOVIVS ** atro notauit carbone. Bene
ABARBANEL, inter alia haec annotauit: **הַנֶּה וּרְבָבֵל**
כָּבֵר בָּא מִכְּבָל וְהִוְתָּשָׁבָת רָאשׁ וּנְשִׁיאָה עַלְיהָם וּנְכָרָב
(**) **הַתְּחִילָה בְּבִנְיָן בִּתְהָה:** Ecce Serubabel iam venerat et Babe-
le,

(**) Nam particula **הַנֶּה** seu **הַנֶּנוּ** rem euidentem facit, ante oculos proponit, et ad attentionem excitat.

(***) Ier. XXIII. 5.

(***) Ier. XXXIII. 15.

(*) Ier. XXIII. 5. Ies. IV. 2.

(**) Ies. IV. 2. Ier. XXXIII. 16.

(***) In comm. in h. l.

(*) In comm. in h. l.

(**) In bibliis illustratis in h. l.

le, et princeps illorum glorioſus, incepit iſtaurare domum Dei. Ne vero falcem meam in alienam messem immiffurus videar, plura de **תְּבַשֵּׁלֶם** addere nolo; praeſertim quum celeberrimi viri nominatim ABR. GALOVIVS (***) IO. GEORG. DORSCHAEVS (*) IO. FRISCHMVTI^H (**) IO. HVLSEMANNVS (***). AVGVST. FFEIFFERVS (*) aliique hoc stadium iam emensi sunt.

§. XI.

Quae eum ita ſint, facili negotio perſpicere poſſumus, quod in verbis: **כִּי אֲנָשִׁים מִזְמְרָה** argumen-mentum mouens quaſi deprehendatur, cuius ope Iosua eiusdemque collegae eo fortius ad attentionem excitabantur; ita ut ſenſus hic ſit: *Quanquam, o Iosua, ſacerdotium Leuiticum rurſus eſt iſtitutum: tibi tamen non in-eumbit, ut omnem mentem, omnem cogitationem, omnemque curam in iſto vnicē deſigas: ſed volo et praecipio, ut tu cum re-liquis ſacerdotibus Chriſtum verum N. T. ſacerdotem, quem pro-pediem adducturus ſum diligenter contempleris, praeſertim, quum vos eſis* **אֲנָשִׁים מִזְמְרָה** Nam haec verba tam ad Iosuam, quem ad eius ſocios perteſtent. Equidem pro-nomen III. personae **הַמְּנֻחָה** primo intuitu ſocios Iosuæ tantum indigitare videtur; aſt tantum abeft, ut Iosua, reliquorum ſacerdotum, et collegarum caput, excludatur, ut potius de Iosua idem, quod eius ſo-ciis hac in re competit, eodem iure praedicetur. Nam ſi iſte vna cum collegis ſuis ad Mesſiam atten-to animo conſiderandum excitatur (*) non appetet, cur motiuum, quod in his verbis deprehenditur, et

(***) In bibliis illuſtratis in h. I.

(*) In pentadec. diſſerat. p.

136.

(*) In diſſ. de germine Ie-
houae.

(**) In diſſ. de viro Zemach.

(*) In dubiis vexatis in Zach.

(*) Non dicitur ſolum **עַמְּדָה****עַמְּדָה** ſed adhuc additur **אַרְצָה**.Tu, ut nimirum Iosua eo ma-
iorem officii ſui haberet ratio-
nem.

et quo attentio non exigua capere poterat incrementata, ad Iosuam non pertineat. Neque vero nobis reuera obstat. Verba enim: כִּי אָנֹשִׁים מַוְפֵּת חֶמֶת reddere possumus aut ita: *Nam tu, Iosua, et socii tui (tecum) sunt;* כִּי אָנֹשִׁים מַוְפֵּת; aut cum SYRO INTERPRETE, si placet, hoc modo: *Vos estis אָנֹשִׁים מַוְפֵּת.* SYRVS

INTERPRES expresse ita habet: (**). Neutra harum versionum analogiae grammaticae repugnat; et incommodum gignit sensum.

§. XII.

Quid vero haec loquendi ratio sibi quaerat, statim explorabimus. Magnum sententiarum agmen se nobis lassit; ex quo tot tantum in medium proferamus, quot litterae in verbis אָנֹשִׁים מַוְפֵּת deprehenduntur. CHALDAEVS PARAPHRastes verba haecce interpretatur: *אֲרִי גָּבְרִין כְּשָׂרִין לְמַעַבר לְהָזֶן נְסִין אֲנוֹן;* nam

(**) Non apud Syros solum fit, ut SYRVS INTERPRES Hebraeorum חֶמֶת interdum per pronomen II. pers. exprimat. Praeter nostrum locum, alium adhuc ex Ier. VII. 4. adducam, ubi SYRVS habet: Vos estis templum Domini. Licet in nostro loco pronom. pers. II. p. non expresse et explicite adsit: virtuiter tamen et implicite in his verbis latet, et ex contextu suppleri potest.

nam illi sunt viri idonei (digni), quibus sunt signa, miracula. SYRVS

INTERPRES transfert: ﻦَمَّا هُنَّا مُرْكَبٌ ﻣِنْ مُرْكَبٍ

• ﻪَنْ هُنَّا مُرْكَبٌ . Nam viri estis miraculi, miraculosi. LXX.

INTERPRETES reddunt hoc modo: δότι ἀδόξες τρέπανονται εἰσί. i. e. Propterea, quod sunt viri, qui prodigia obseruant, seu qui ex prodigiorum inspectione futura praedicunt (**). B. LVITHERVS ita habet: Denn sie sind eitel Wunder. VVLGATVS INTERPRES hac ratione vertit: Nam sunt viri portendentes. R. ABARBANEL (*) exponit ita: אֲנָשִׁים שְׁנַעֲשָׂנוּ נָסִים ר' ל' אֲנָשִׁים שְׁנַעֲשָׂנוּ נָסִים

a LAPIDE (**) NEMETH (*) IO. HENRICVS, MICH-

(***) Sunt, qui putant, quod resonantes, quum accentus sit in penultima, non tam significet talem, qui prodigia obseruat, quam eum, qui alias prodigio conspiciebundus propo- nuntur. Ait hi cribro aquam hauriunt. Nam haec vox nullibi ita usurpatur, sed notat eum, qui portenta inspicit, ea interpretatur, ex istorum inspectione futura praedicit, uti monet HENR. STEPHANVS in thes. L. gracc. sub r̄egia. Nec huic sententiae patroni ullum in accentu caussae suaे praefidum habent. Sic enim resonantes notat stellarum contemplatorem, resonantes extispicem, resonantes

manuum inspectorem, ἀξονίας horarum obseruantem. Quid? ipſi ALEXANDRINI INTERPRETES Deut. XVIII. II. hanc vocem de hariolis et diuinatoribus adhibent.

(*) In comm. in prophetas posteriores in h. I.

(**) In מְכֹל יְוָה in h. I.

(***) In explicatione litterali, XII. prophet. min. in h. I.

(*) In bibliis illustratis in h. I.

(**) In comm. in proph. min. in h. I.

(***) In comment. in h. I.

(*) In prophetia sancti prophetae Zachariae explicata.

CHAE LIS. (**) et alii haec verba exponunt per viros, qui aliquid portendunt, et adumbrant. En magnami sententiatarum et Versionum farraginem !

§. XIII.

Rei cardo vertitur in voce מופת accurata et iusta mentis lance ponderanda. Voces enim si rerum indices sunt, has eo facilius concipiems, quo magis illae declarantur. Vox מופת descendit iuxta plurimorum philologorum sententiam a radice יפה, quae, vti VALENT. SCHINDLERVS (***) monet, denotat, demonstravit, probauit (*). Quanquam radix מופת non amplius occurrit, nec eius significatio ex oraculis diuinis certe determinari potest; attamen eam, si placet, ex Iudaicorum doctorum scriptis aliquo modo colligere possumus. Nam, teste BXVATORFFIO (**) apud eos est מופת demonstratio, probatio: הקרמות מופתות החקש מופת ה syllogismus demonstratiuus: Inde, teste EODEM (***), apud Rabbinos est: אין צורך להוכיח עליה מופת מופת לאלה: non est necesse adducere demonstrationes super ea, ad verificandum ea. Ex his testimoniis apparet, quod radici יפה non incommodè significatio probandi, et demonstrandi competit. Hinc מופת notat tale aliquid, quod aliud quid monstrat, probat, evidenter demonstrat.

§. XIV.

(**) In notis ad cod. H.

(***) In Lexico Pentaglotto sub מופת.

(*) FORSTERVS in Lexico suo et CORNELIVS a LAPIDE in comm. in h. I. מופת deducunt a radice יפה pauciter, speciosus fuit, et simul respiciunt ratione significacionis ad מופת פנה adspexit, ita vt מופת notaret adspicuum, signum visibile

de re futura admonens etc. Ast si tes ita se haberet, ח. tanquam litera seruilis in plurali iuxta §. 33. Gr. D. manere non possit, sed eiici debet; quum vero ח. in מופת manet, exinde apparet, quod sit litera radicalis radicis מופת.

(**) In Lexico Chald - Talm. Rabin. sub מופת.

(***) In Lexico Rabinico.

§. XIV.

Vox מִזְבֵּחַ igitur, si in eius primarium sensum pariter atque usum inquiramus, notat *signum rei futurae*, seu *quod futurum rerum euentum monstrat*; et in eo conuenit cum מִזְבֵּחַ, quatenus hoc interdum *signum rei futurae* notat (*); sed ab isto discrepat, quatenus *nudum signum, characterem, et memoriale*, simpli- citer et nude denotat (**). Eadem ratione graeco- rum voces τέρας, per quam ordinario Hebraeorum מִזְבֵּחַ exprimitur, et σημεῖον, quae frequentius מִזְבֵּחַ designat, se se habent; quarum illa primario, ubi si- gnūm denotat, *signum rei futurae* significat (**);

C 2

haec

(*) Hinc BVXTORFFIUS in Lex. Hebr. pag. 58. מִזְבֵּחַ vertit, quod aliquid euenturum portendit. Conf. 1. Sam. II. 34. Es. XX. 3. XXXVII. 30. XLIV. 25. Ierem. XLIV. 29. Ezech. IV. 3.

(**) Nam מִזְבֵּחַ saepius, ut BANGIVS in exercit. de ortu et progressu litterarum 184. annotat, est 1) μηπονετικόν, cuius ope nobis aliquid in memoriam reuocatur, Exod. XIII. 9. 16. XXXI. 13. Deut. VI. 8. Ios. IV. 6. Ies. XIX. 20. 2) διακριτικόν, quando certae alicuius rei aut personae ab alia dignoscendae nota est. Gen. IV. 15. Num. II. 2. 3) διαδημतικόν seu foede- rale Ios. II. 12. Ps. LXXXVI. 17. Ies. LV. 13. 4) Notat etiam vexillum. At hae no- tiones nullibi competunt voci מִזְבֵּחַ

(***) Quamobrem HENRIVS STEPHANVS in thes. §. linguae, τέρας reddit peculiariter, *signum, quo Deus nobis aliiquid portendit, praedicit*. Haec notio variis exemplis confirmari potest. Occurrit ita apud HOMERVM Iliad. p.

Ηύτε πορφυρίης ζεὺς θυγάτηρ τανύσση
Ζεὺς δὲ γεράθει ΤΕΡΑΣ ἐμπίνει ἡ
πολίμων

Η ράχη χειμῶνος δυνατλατός, ὃς οὐ
τε ἔργων

Ανθέπτως ἀνέπαντες επὶ χθονι. --

Veluti purpuream Irim homini-
bus cum extendit
Iupiter, coelitus signum ut sit vel
belli

Vel etiam biemis grauis, quae sa-
ne ab operibus
Homines quiescere facit super
terram --

it, apud EVNDEM. Odyss. O.
vbi

haec vero notat aliquid, διὸ τὰ ἀδηλα καταλαμβάνεται i. e. per quod ea, quae non manifesta sunt, comprehenduntur, vel nudum signum, memoriale, et characterem etc.; interdum tamen sumitur de signo rei futurae (***)

§. XV.
Praeterea bene notandum est, quod non simpliciter solum signum rei futurae, quo cunctus rerum futurus designatur, significet; sed denotat etiam tale rei futurae signum, quod rem istam futuram in quadam imagine quasi exhibet; ita, ut tipo proxime accedat, quo sensu etiam אוֹתָהּ, non frequenter quidem, occurrit (*). Praeclare id monet R. DAVID KIMCHI (**), dicens:
הַמִּזְרָחַת עֲנֵנוּ כְּמוֹ אוֹתָהּ אֶלָּא שְׁמַלְתָּה אוֹתָהּ נַפְלָתָה
בְּמִקְרָמּוֹת שְׁלָמָה הַפּוֹרֵךְ מִלְתָּה מִזְרָחַת כְּמוֹ אֲשֶׁר עָלָת
רָגְלָוּ כְּאוֹתָהָוּ וְתַתָּהָ לְאוֹת נָוָה לֹא הַפּוֹרֵךְ
בְּאוֹתָם

vbi, postquam aquila volans, et anserem domesticum ex stabulo eruptum ferens vnguis videbatur, haec verba fundebantur:

Φρύξο δέ Μενέλαος διστρεφεῖς ὅρκω-

με λαῶν

Ἐτ τὸν τοδε ἕψιν θεός ΤΕΠΑΣ, οὐ
οὐδὲντα.

Considera iam Menelae generose
principi populum

An nobis hoc ostendit Deus si-
gnum, an Tibi ipsi.

Hic itaque de augurio sumi-
tur. Cf. Iliad. d. 308. §. 183. etc.

(***) Σημεῖον aliquando adhibe-
tur pro eo, quod aliquid porten-
dit. c. c. apud AELIANVM in
varii his. Lib. I. Cap. XXIX.
πάθη τοι σημεῖον τόποι εἰσαγένετο τῷ

Nικίππει τὸν τυγχανόντα τὸν μελλοντόν
Hoc signum Nicippo, futuram ty-
rannidem portendit. Exemplum
egregium quoque extat apud
ΧΕΝΟΡΟΝΤΕΜ de Paedie
Cyri Lib. I. Cap. VI. §. I. Oxo. edit. etc.

(*) SYRVS INTERPRES
hanc vocem in suum idiotismum
translatam nimirum 727

Math. XII. 39. et XVI. 4. ita
adhibet, vbi non incommoda
typum notat. Nam miraculum
circa Ionam factum simul ad-
umbrabat sepulturam et resur-
rectionem christi.

(**) In ספר שורשים sub ra-
dice יפה.

באותם רגונות וברומיהם מופת כי חסופה הוּא
דבר נראה להאמין בו דבר יוצא בו שער להראות
ומלא אותה הבות גס ק נושא הענן אלה שפעמים
מופת idem Vox i.e. ק מלה מופת: ז
significat ac אורה nisi quod vox אורה sit in talibus locis,
vbi non potest esse e.c. Vnusquisque super vexil-
lum suum in signis (**). Et erit in signum foede-
ris (*) In his et similibus locis non potest esse significatio.
Nam tale aliquid est, quod videtur, ut per illud certum
fiat aliud quiddam simile ei, quod adhuc videbitur. אורה in
eadem quidem significazione occurrit: ast interdum notat tan-
tum signum; quo sensu מופת non adhibetur. Ex hoc R.
DAVIDIS KIMCHII effato facile colligi potest, quod
מופת, idem propemodum, ac typus, valeat.

§. XVI.

Neque vero in sententia R. KIMCHI acquiesci-
mus; sed oracula diuina consuluiimus, ut exinde hu-
ius notionis exempla omni exceptione maiora arce-
seremus. Non obscura profecto huius significationis
vestigia in scriptura sacra inueniuntur. Verum qua-
tuor tantum loca satis praeclera in medium profera-
mus; Extant haec exempla in vaticiniis Ezechie-
lis (**); et ipse Ezechiel tale מופת erat. Nam quum
ille (***)) diuino mandato, vasis transmigrationis in-
terdiu coram populo paratis, e loco suo in aliud
transmigrari, et iuxta migrationis processum noctu
egredi deberet: quin parietem transfodere et per
partem parietis transfosiam et collapsam in conspe-
ctu populi egredi atque sarcinam suam humeris coe-

C 3

ca

(**) Num. II. 2.

(*) Ezech. XII. 6. 11. XXIV.

(*) Gen. XVII. II.

24. 27.

(**) Ezech. XII.

ca nocte, portare iuberetur : quum faciem fuam, ne terram adspiceret, operire teneretur : Deus huius actionis rationem addebat (*): **כִּמְופָת נַחֲרֵר לְבִית יִשְׂרָאֵל**: *Nam dedit in portentum domini Israelis ; quorum verborum sensus statim his verbis (**) clarius exponitur*

אָנוֹ מִזְבְּחָת נָשָׁר עֲשִׂיתִי כֵּן וְעַשְׂתִּים בְּגּוֹלָחֶן

i. e. sum vestrum portentum ut ego feci, sic sicut illis, in transmigrationem et in captiuitatem ibunt, *Quis est quaeso, quin hanc fugam et transmigrationem Ezechielis typicam fuisse cognoscat ? Nam genuinus laudatorum verborum sensus hic est : Tuis factis, Ezechiel, ostendere volo, quid Iudacis sit eventurum, ita ut corum, quae ipsis, praesertim illorum regi Zedekia reuera obtingent, viam quasi imaginem in te ipso exhibeas, et exemplo tuo praemonstres, quod rex Zedekias, (ad quem haec comiminatio in primis pertinebat (**)) appropinquante Nebucadnezare, cum populo et quidem noctu per muros transfoſſos fugam sit molitus (*) et quod captus et oculis suis priuatus (**) in Babyloniam cum sub.*

(*) v. 6.

(**) Ier. XXXIX. 4. 5. 6.

(**) v. II.

2. Reg. XXV. 4.

(**) Ezech. XII. 10. 12. Quod etiam R. ABENDANA in his verbis recte annotat: **זְהִוָּה זֹה וְרַמְזָן מִכְלָל יוֹפֵי רְצֹקֵינוּ מֵרַחַם הָרוּחה שִׁיצָּת לְיוֹרָה מְרוֹשָׁלוֹת סְרוֹחַ מְהֻכְשָׁרוֹת כְּמוֹשְׁבָתוֹ וּבוֹרָתוֹ וַיַּצְאָו לְיוֹרָה מִן הַעִיר** i. e. Hoc est signum et parabola (typus) Zedekiae regi Iudee, quod egredetur noctu Hierosolyma fugiens a chaldais, quemadmodum scriptum est Ier. XXXIX. 4. et fugiebant et egrediebantur noctu ex urbe.

(*) Ier. XXXIX. v. 7. Hoc apud Ezechielem per faciem velamen indicatur. Haec loquendi ratio alias quoque est morti destinorum et condemnatorum. Eſb. VII. 8. Sic apud EVRIPIDEM in Hecuba, occurrit, ubi Polyxena morti destinata Vlyssēm alloquebatur:

Κούιζ ὀδυσσεῦ μ' ἀμφισσέντα πέ-
πλοις οὐ πρηστήν τι εἰκετίκα καθ-
δίσαις οὐ πρηστήν τι εἰκετίκα καθ-
δίσαις

Me

subditis miserabilem in modum abducatur. *Ve vero Zede-
kias et etus subditi de eo magis conuincantur, ipsis dicas
velim, quod Tu sis ille, qui mandato diuino eorum trans-
migrationem his factis adumbraret.* Praeter hanc actionem typicam ea quoque notatu perquam digna est, quam EZECHIELIS capite XXIV. relatu legimus, et ob quam ille exprefse מופת vocatur. Nam dum Ezechiel ob vxorem, oculorum delicium et desiderium, ipsi erectam, nulla doloris interni externa signa edere, nec luctum publicum instituere deberat, adumbrabat ille statum Iudeorum, quo ob templum ipsis erectum, et ob liberos imperfectos magno quidem perfunderentur dolore; quem tamen, nisi ipfi hostes magis irritare vellent, per externum et publicum luctum manifestare non deberent. Hinc exprefse dicitur מופת. Nam de eo dicitur (**)
 וְהִרְאָה יְהוָה קָרְבָּן לְמַפְתֵּח כְּכֹל אֲשֶׁר עָשָׂה:
 תַּעֲשֵׂה בְּכֹאָה וְיֻרְחָסָה כִּי אַנְּיָ אֶרְזָן וְהִרְאָה:
*Et erit Ezechiel vobis in portentum iuxta omnia, quae fecit, faciet, cum veniet illud; et cognoscetis, quod ego sim Dominus Iehoua; quae verba ex parte paullo post (***)) magna cum emphasi rapetuntur: וְהִרְאָה לְמַפְתֵּח et eris illis in portentum i. e. Tunc omnino intelligent, quod Tu vera huic rei imago fueris, et quod umbra cum veritate accurate conueniat. Quid itaque certius, quid cl-*

*Me duc Vlysses, oboluens caput
peplis
Nam antequam macter, conta-
besco pectore
Prae luctu matris, eamque in
super neco plorabitibus.
Haec phrasis quoque erat illorum,
qui mortem alterius, vel suam
calamitatem et ignominiam lu-
gebant. 2. Sam. XV. 30. Ier.*

XIV. 3. 4. Leu. XIII. 45. Mich.
III. 7. Ezech. XXIV. 17. 22.
Haec quidem ad Zedekiam quadrant; Verum tamen Ezechiel per faciei velamen praestendebat primario, Zedekiam oculis priuatum iri, ut terram adspicere non posset.

(**) Cap. XXIV. 24.

(***) vers 27.

clarior est, quam quod מופת tale rei futurae signum notet, quod simul huius rei futurae imaginem exhibeat?

§. XVII.

Praeterea מופת notat *signum*, quod admirationem excitat, *miraculum*, *prodigium* (*); in quo cum voce אָהָן, quae non raro *miraculum* denotare solet (**), rursus conuenit. Id etiam accidit Graecorum vocibus τέρας (***) et σημεῖον (*), quae haud infrequenter sibi inuicem respondent (**). Non ignoramus quidem, quod אָהָן et מופת, per particulam disiunctiuam נִנְחָת, tanquam generalius et specialius, minus et magis mirandum, a se inuicem discernantur (**); neque vero tamen negare possumus, quod אָהָן et מופת saepius coniungantur (*). Quid? אָהָן et מופת pro

(*) Exod. VII. 3. XI. 9. 10.
coll. Exod. III. 20. Idem valet
אָהָן

(**) Exod. IV. 8. 17. 30. Ios.
XXIV. 17. Pf. LXXXVIII. 43.

(***) Τέρας frequenter denotat miraculum, prodigium, ostentum. Vid. HENRICVS STEPHANVS in thesauro linguae Gr. coll. Matth. XXIV. 24. etc.

Ita adhibetur a LXX. interpretibus in locis n. (*) cit. Hinc SYRVS INTERPRES τέρατα Iob. IV. 48. 2. Theff. II. 9. per
Τέρας σημεῖον διαφέρει τό μὲν γὰρ τέρας
παρὰ φυσι γίνεται τὸ δὲ σημεῖον πάνε
ξε συνίδεται;

Nihilominus haec voces saepius coniunguntur et utraque notat miraculum. Hinc etiam fit, vt SYRVS INTERPRES σημεῖα et τέρατα vertat solum 1^ο לֹאַלְפָן
signa, miracula Matth. XXIV. 24.; et per 1^ο לֹאַלְפָן
virtutes prodigia Acto. II. 22.

(***) Deut. XIII. 1.

(*) Exod. VII. 3. Deut. IV.

pro se inuicem substituantur. Nam signum miraculosum regi Hiskiae datum, quod apud IESAIAM (**), et in II. libro regum (***), per אָתָה exprimitur: in libro II. Paralip. מִזְפָּת vocatur (*). Nec pede siccō id prætereundum est, quod SEPTVAGINTA, ut vocari solent, INTERPRETES מִזְפָּת, siue nude per σημεῖον (**), siue per σημεῖον et τέρατα simul interpretati sint (***). Id igitur certitudinem præ se fert, quod מִזְפָּת etiam significet miraculum. In specie מִזְפָּת denotat exemplum miraculosum, quod in animis hominum, uti MART. GEIERS (*) monet, admirationem excitat; et hominibus tribuitur, qui siue ob inconsuetam fortunam et statum maxime florentem, siue ob inconsuetam calamitatem præ aliis conspicui sunt, quoque alii miraculi et prodigii instar vel mirantur vel etiam detestantur. Ita David ob casus aduersissimos præ aliis conspicuus, se מִזְפָּת appellat, dicens: כִּי מִזְפָּת הַיּוֹתֶר לְרַבָּתִים sicut prodigium multis factus sum (**); ubi SYRVS INTERPRES pro מִזְפָּת adhibet admiratio, stupor factus sum multis. Bono sensu מִזְפָּת de eximio viro usurpatur; prout teste BVXTORFFIO (***). Ebraeorum doctores virum egregium, מִזְפָּת הַרְוָר prodigium seculi nominare solent.

§. XVIII.

Euolutis vocis מִזְפָּת notionibus, ulterius disquirimus, quid tota locutio אֲנָשֵׁי מִזְפָּת significet.

D Haec

34. VI. 22. VII. 19. Neh. IX. 10.
Ps. CXXXV. 9. Deut. XXXIV.

etc.

(*) Cap. XXXVIII. 7.

(**) Cap. XX. 8.

(*) Cap. XXXII. 24.

(**) 2. Chron. XXXII. 24.

(*** Exod. VII. 9. XI. 9. 10.

(*) In commentario in Ps.

LXXI. 7.

(**) Psalm LI. 7.

(**) In Lexico Chald. Talm.

מִזְפָּת Rabb. sub

Haec nomina sunt inuicem construēta; quum vero vti b. 10. ANDR. DANZIVS (*) annotauit, nominum inuicem constructorum modo prius modo posterius vim habet adiectiuī (**), in genere notamus, quod hic posterius, nempe מופת adiectiue sumi posuit; ita vt verba אָנָשִׁי מַוְפֵּת denoteν viros portentosos, prodigiosos, miraculosos. Deinde obseruēmus necesse est, quo in specie vox אִישׁ, quando, vt IACOBI WELLERI verbis (***) vtar, notat subiectum respectu aliquius accidentis, non sit simpliciter vir, sed vir eminens, excellens, caeteros in aliqua re superans. Sic מַלְחָמָה (*) denotat, virum bellicosum, belligerandi peritisimum, et אִישׁ מַכְאֲבָוָתִים (***) virum afflictissimum. Quae cum ita sint, locutio אָנָשִׁי מַוְפֵּת tales connotat, qui prae caeteris miraculosi sunt, aut qui aliquid futuri in imagine quasi praecclare portendunt atque adumbrant.

§. XIX.

Quum itaque constat, quid haec loquendi ratio in genere inuoluat, omnino nostrum est, quid ista hoc in loco sibi velit, demonstrare. Illa nimurum non indicat solum, quod Iosua, sacerdos magnus, et reliqui sacerdotes, vel ob varios casus, vel ob templum, post magnas difficultates superatas, per manus eorum reaeditatum, vel ob cultum diuinum Leuiticum longo interuallo intermissum eorum opera rursus restauratum, instar prodigii in animis hominum admirationem excitarint, sed quod isti, tefiti-

(*) In interpretis §. 26. p. 26. pl. ed.

(**) e. c. Genes. III. v. 21. it. כְּתָנֹתֶר עֹור tunicae pelliceae, לְחֵם שָׂעִירִת panis hor-daceus. Iud. VII. 13.

(***) In comm. ad Ies. LIII. conferri etiam potest SALOM. GLASSIVS Phil. sacr. lib. III. tr. I. Can. XXXIV.

(*) I. Sam. XVI. 18.

(**) Ies. LIII. 3.

testibus ABR. CALOVIO, (*) TARNOVIO, (**) MARCKIO, (***) NEMETHO, (*) IO. HENR. MICHAELI (**), simul et in primis futuram aliquam rem, nempe Christi sacerdotium et cultum N. T. spiritualem, actionibus suis a Deo praescriptis, adumbrarint atque praefigurarint.

§. XX.

Hancce sententiam reliquis omnibus palnam praeripere, sole meridiano clarius est. Nam primo ea percommodum gignit sensum, qui se ita habet: *Ne illud committas, Iosua, ut in hoc rursus instituto sacerdotio Leuitico tantum haereas; sed contempleris quaeſo cum reliquis sacerdotibus, sub istius umbris, verum N. T. sacerdotem. Nam vos ipſi iſum actionibus vestris diuino instituto adumbratis.* Deinde ista scopo prophetae conuenientissima est. Nam quemadmodum vates diuinus non solum sacerdotes et reliquos Iudeos ad cultum diuinum Leuiticum restaurandum excitabat; sed eos ab isto etiam ad cultum N. T. spiritualem, tanquam ab umbra ad veritatem deducebat: ita in specie indicabat, quod Iosua, collegarum caput, templum restaurans typum Christi, templum spirituale f. ecclesiam aedificaturi, gesserit; id, quod etiam praeter HIERONYMVM, (**) TERTULLIANVM (*) IVSTINVM MARTYREM (**) EVSEBIUS (**) utiliter assumfit. Nam dicit ille: ο δε εν προφητη Ιησους ο ιερευς ο μεγας της απο Βαβυλωνος επι τη Ιερusalem επανοδος προειη, δειγμα φε-

(*) In bibliis illustratis in h. l.

(*) Lib. III. adu. Marcionem

(**) In comm. in h. l.

p. m. 199. qui hanc rem bene pertractauit.

(***) In comm. in h. l.

(**) In dialog. cum Tryphonе

(*) In h. l.

Iudeo pag. 343.

(**) In notis ad h. l.

(***) In demonstr. Euang. lib.

(***) In Zach. in h. l.

IV. pag. 196.

Φέρων καὶ αὐτὸς Ἰησὺς τῷ Σωτῆρος ἡμῶν, ὃν ἔχοντεν οἱράσαι
μέγαν διεληυθότα εἰς ἄρανθες. i. e. At vero, qui apud propheta-
tam est Iesus sacerdos magnus reacountibus de Babylone in Ierusalem
praefuit, signum ipse ferens Iesu saluatoris nostri, quem habe-
mus sacerdotem magnum, qui coelos ipsos penetravit. Et ite-
rum (*): ὡς Ἰησὺς ὁ τῷ Ιωσήδῃ ὁ ιησεύς μέγας εἰδόνα
καὶ τύπον ἐφέρει τῷ Σωτῆρος ἡμῶν. n. r. λ. i. e. quod Iesu filius
Ioseph imaginem et figuram gesit saluatoris nostri. Praeterea
nostra sententia tale aliquid exhibit, quod sacerdoti-
bus expressie competitabat. Nam umbras supracoe-
lestium ministrabant (**). Adumbrabant ipsi Messiam.
Tandem nostra sententiae non exiguum addunt pondus,
verba Davidis (***) שְׁמַן שְׁבֵן מִחְבָּרִיךְ i. e. propterea vnxit te, o Deus, Deus tuus
oleo laetitiae pree sociis tuis. Vbi summo N. T. sacerdoti-
socii, nimurum praesertim apostoli et credentes ad-
iunguntur, quos sacerdotes V. T. non obscure pree-
figurabant.

§. XXI.

Id igitur satis certum est, quod per Iosuam, fi-
lius Iozadaki, et per socios eius, reliqui sacerdotes
intelligantur: quod hi socii sub Iosuae inspektione
cultum diuinum simul cum eo administrauerint:
quod his actionibus Messiam praecipue et exacte
praefigurarint. Et his nos Tibi, beneule lector,
commendamus. Vale et laboribus
nostris faue.

הַרְשָׁא לְבָשׂ

(*) Ibid.

(**) ad Hebr. VIII. 5.

(**) Pj. XLV. 8.

CORRIGENDA.

Pag. 10. lin. 8. pro meum legem meam. pag. 14. lin. 13. pro יְהוָה וְחַדְרָה legi XXIII. 5. et col. 2.
ה in בְּבִזְבָּחָה abicie. pag. 14. in notis col. 1. lin. 5. abicie (***) Ier. XXXIII. 16. pag. 17. lin. 12. PRO (*) pone
lin. 1. etiū Ies. IV. 2. et lin. 2. abicie Ier. XXXIII. 16. pag. 17. lin. 9. abicie notam (**),
(*) et lin. 14. pro (**) pone (*). pag. 17. in notis col. 11. lin. 9. abicie notam (**),
et lin. 10. pro (**), substitue (**). pag. 21. lin. 3. pro בְּלַת וּמְלָא legi הַבּוֹתָה et pro
legi הַבּוֹתָה it. pag. 15. lin. 19. pro quem legi quam.

Cetera, quae sorbitas superstant, benevolus lector amice emendare.

EO-Beg. 2002

01 A 6729

Retro

Th. 4



2f

DISSE^TRAT^O PH^ILOLOGICA

QVA EX
ZACH. III. 8.

IOSVAM SVMMVM
IVDAEORVM SACERDOTEM
EIVSDEMQUE SOCIOS

אֲנָשִׁים מִזְבֵּחַ
APPELLATOS
SISTIT

EAM QVE
DIVINA ANNVENTE GRATIA
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO
DOMINO

GVILIELMO HENRICO

DVCE SAXONIAE IVLIACI CLIVIAE MONTIVM AN-
GARIAE ET WESTPHALIAE COMITE SAYNAE ET
WITGENSTEINII RELIQVA
BENEVOLO SVPERIORVM INDVLTV
IN ACADEMIA SALANA

DIE XIX. APRIL. MDCCXLI.
MODESTO ERVDITORVM EXAMINI
SVBIICIT

P R A E S E S
M. JOSEPH. CHRISTOPH. WERNER
EISENBERGENSIS
R E S P O N D E N T E
MICHAEL GEYWITZ
VLMA - SVEVO.

IENAE LITTERIS SCHILLIANIS.